Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxv [...]

urn:nbn:de:bsz:31-293518

Visual Library

Calculorumq; ex vino decoctum preſentaneū remedium eſt. Item
per ſe in cibo ſumpti cyme modo aut decocti in vino auſtero: labā
tes dentes firmant. aluum ſiſtunt & profluuia ſanguinis. Diſſente
ricis proſunt. Siccantur in vmbra vt cinis crematorum vuam repri
mant. Folia arefacta & contuſa: Iumentorū vulneribus vtilia tra
duntur. Mora que in his naſcuntur efficatiorem ſtomaticen pre
buere: q̄ ſatiua morus. Eademq; compoſitione: vel cum hipoſti=
ſcide tantum & melle bibuntur. In colera & a cardiacis. & contra
araneos. Inter medicamenta que ſtipticavocant nichil efficatius
rubi mora ferentis radice decocta in vino ad ternas partes: vt col
luantur eo oris vlcera & ſedis foueantur. Tanta vis eſt vt ſpongie
ipſe lapideſcant. Alterum genus rubi in quo roſa naſcitur: gignit
pillulam caſtanee ſimilem precipuo remedio calculoſis.

Ca.xix.

Herba quecunq; e riuis aut fluminibus ante ſolis ortum collecta vt
nemo colligentē videat: contra tercianas ad alligata leuo brachio
(ita vt eger quid ſit illud ignoret) tertianas arcere traditur.
Gramē capiti circūdatum: ſanguinis fluxiones e naribus ſiſtit.

LIber.xxv. Poſt arborum medicinas agit de medicinis que ſunt ex herbis.

Capitulum primum. De labore antiquorum in experiendo.

Nichil intemptatum inexpertumq; priſcis fuit. Nichil dein=
de occultatum quod non prodeſſe poſteris vellent. At nos elabora
ta hi- abſcondere cupimus .ac fraudare vitam etiam alienis bonis.
Ita certe recondnnt qui pauca aliqua nouere inuidēres aliis: &
neminem docere: in auctoritate ſcientie eſt. Tantum ab ex cogitā
dis nouis ac admiranda vita mores abſunt. Summumq; opus in
geniorum diu in hoc fuit: vt intra vnumquēq; recte facta veterum
perirent. Etiam qu ſciunt demonſtrare nolūt: tanq̄ ipſis peritu
rum ſit quod tradiderint aliis.

Ca.ii. Qui & quomodo vires herba rum inuenere. preſeruatio a veneno in eoſq; inuehit qui pingunt herbas.

Mitridates maximus ſua etate regum: cogitatum cotidie venenū

hibit preſumptis remediis vt conſuetudine innoxium fieret.
Crateras & metrodorus ratione blandiſſima: ſed qua nichil pene aliud q̄ rerum difficultas intelligatur: Pinxere effigies herbarū atq; ſubſcripſere effectus. Verum & pictura fallax eſt: ex coloribus tamminoſis: preſertim in emulatione nature. multūq; degenerat tranſcribentium ſors varia. Preterea parum eſt ſingulas earum etates pingi: Cum quadem partitis varietatibus: anni faciem mutēt.

Durat perſuaſio in magna parte vulgi venefitiis & herbis cogi In eo namq; feminarum ſcientiam perualere. Certe quid nō repleuere fabulis: colchis: medea alieq;. Imprimisq; italica circe: diis etiam aſcriptas. Multiq; circeios agros in quibus ipſa habitauit: in magno argumento: etiam durante in maris a folio eius orta gente: quos eſſe domitores ſerpentium conſtat. Homerus quidem primus antiquitatis & doctrine parens: multis in admiratione circes gloriā herbarum egipto tribuit. Pitagoras clarus ſapientia: primus volumē de earum effectu compoſuit. Apolini eſtulapioq: & in totum diis īmortalibus inuentione & origine aſſignata. Compoſuit & democritus. Ambo peragratis perſidis: arabie: ethiopie: egiptiq; magis. Adeoq; ad hoc attonita antiquitas fuit vt affirmaret etiam incredibilia dictu. Dixit democritus: Credidit theofraſtus: eſſe herbam cuius contactu. Illate ab alite quam retulimus exiliret cuneus a paſtoribus arbori adactus Que etiam ſi fide carent: admirationem tamē implent. coguntq; confiteri: multum eſſe quod vero ſuperſit. Iuſte & pleroſq; video exiſtimare nichil non herbarum vi effici poſſe: ſed plurimarum vires eſſe ignotas. Quorum numero fuit herophilus: clarus in medicina: a quo ferunt dictum: quaſdam etiam calcatas prodeſſe. Obſeruatum certe eſt: inflamari vulnera ac morbos: ſuper ventu eorū qui pedibus iter confecerūt. Quippe in repertis alias inuenit caſus. alias (vt ita dixerim deus. Inſanabilis ad hoſte annos fuit rabidi canis morſus: pauorem aque potuſq; omnis afferens odium. Nuper cuiuſdam militantis in pretorio mater vidit in quiete: radicem ſilueſtris roſe (quam cinorhodum vocant) quanq; blanditam ſibi aſpectu pridie in fruteto micteret folio bibendam in lacte.

Ca. iii. Qui inter morbos ſit grauiſſimus.

Qui grauiſſimi e morbis ſint: diſcernere ſtulticia prope videri poteſt: cū ſuus cuiq; ad preſens videatur atrociſſimus. Et de hoc tamen indicauere experimento aſperrimos cruciatus eſſe: calculo

rum a ſtillicidio veſice. Proximum ſtomachi, Tertium eorum qui in capite doleant. Clodium equitē ro. magnitudine doloris in podagra coactum veneno crura perunxiſſe. Et poſtea caruiſſe ſenſu omni eque q̄ dolore in ea parte corporis. Luculum imperatorē clariſſimum amatorio poculo periſſe.

Ca.iiii. De mercuriali. teucria herba eleboro vtroqꝫ.

l Inoſoſtis ſiue parthemō a mercurio inuētus eſt. apud grecos hermipoan: nos mercurialem. Duo eius genera. maſculus. femina: que efficatior. caule cubitali interdum ramoſo in cacumine. Ocimo anguſtioribus foliis. geniculis denſis. ſemine in geniculis dependente. femine copioſe. mari iuxta genicula ſtatim rariore. ac breui contortoqꝫ. ſemine ſoluto & candido. Folia qꝫ maribus nigriora. feminis cādidiora. Radix ſupuacua ptenuis. Naſcuntur in campeſtribus cultis. Mirum quod de vtroqꝫ prodit̄ Vt mares gignanttur hunc facere: vt femine illam. Hoc contingere ſi a conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo. edantur ve folia decocta: ex oleo & ſale vel cruda ex aceto. Quidam decoquūt eam in nouo fictili cum helitropio: & duabus aut tribus ſpicis: donec decoquatur. decoctum dari iubent. & herbam ipſaꝫ in cibo altero die purgationi mulieribus per triduum. quarto die coire eas a balneo. Hipocrates miris laudibus in mulierum vſu predicauit eas. Inſtilauit auribus ſurdis ſuccum. inunxitqꝫ cum vino vetere Aluo foliū impoſuit. epiforis. ſtrangurie & veſice. Aluo quidem ſoluende vel in febri decoquitur: quātum manus capiat in duobus ſextariis aque ad dimidias. bibitur ſale & melle admixto. Nec nō cum vngula ſuis aut gallinaceo decoctum ſalubrius. Purgationis cauſa: putauere aliqui vtramqꝫ dandam ſiue cum malua decoctum. Thoracem purgant. bilem detrahunt. ſed ſtomachum ledunt.

Inuenit teucer herbam teucriam quam quidam hermeneō vocant: ſpargentem iuncos tenues folia parua aſperis locis naſcentem. auſtero ſapore. nunq̄ florentem. neqꝫ ſemen gignit. Medetur lienibus. Conſtatqꝫ ſic iuuentem: Cum exta. ſuper eam. proiecta eſſent: fertur adheſiſſe lieni. ob id Inaniſſe. Ob id a quibuſdā ſplemon vocatur. Narrant ſues qui radicem eius edunt ſine ſplene inueniri. Paſtorem vidiſſe tradunt capras elebore purgatas. datoqꝫ lacte earum: ſanaſſe pa=

rotidas furentes. Nigrum eleborum vbiqꝫ prouenit. Nigro equi. boues ſues necantur. Itaqꝫ cauent: id cum candido veſcātur. Tē peſtiuum eſſe tradunt meſſibus. Cū precatione ſolēni hoc & religio ſius colligitur. Primum enim gladio ci cūſcribitur Deinde qui ſuc c ſurus eſt ortum ſpectat. & precatur vt liceat ſibi diis concedentibus facere. obſeruatqꝫ aquile volatus. fere enim ſecantibus intereſt. Et ſi prope aduolauerit: moriturum illo anno qui ſuccidit augurium eſt. Nec album facile colligitur: caput aggrauans. maxime niſi preſumatur allium: & ſubinde vinum ſorbeatur: celeriterqꝫ fodiatur. Quondam terribile. poſtea tam promiſcuum: vt pleriqꝫ ſtudiorum gratia ad prouidenda acrius que commentabātur ſepius ſumptitauerint. Carneadem reſponſurum zenonis libris. Druſum tribunorum popularium clariſſimū conſtat hoc medicamēto comiciali morbo liberatum: in anticyra inſula. Ibi enim tutiſſime ſumitur. Italia veratrumvocat. Ex aqua datur ad molliter leniendā aluum. Plurimum dragma. mediocre obolis quattuor. Miſtuere aliqui ſcamoneam. ſed tutius ſalem. Verrucas tollit cū ſcamis eris & ſandaraca. Scabiem quadrupedum cum thure & cera: pice vel cū piceleo.

Album terribilius nigro. Namqꝫ tradunt abſumi carnem ſi cum ea coquatur. Galli ſagittas invenatu eleboro tingunt. Circūciſoqꝫ vulnere: teneriorem ſentiri carnem affirmant. Muſce necantur albo trito & cum lacte ſparſo mures polenta admixtum necat.

Ca. vi. de centaurea

Centaurea curatus dicitur chiron: cum herculis exceptus hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedem. folia ſunt lata & oblōga. ſerrata ambitu. denſa ab radice. caules ternum cubitorum. geniculari. In his capita velut papauerum. Radix vaſta. rubeſcens tenera. fragiliſqꝫ ad bina cubita. madida. ſucco amara. cū quadam dulcedine. Naſcitur in collibus pingui ſolo. Vis in vulneribus tanta: vt coherſcere etiam faciat carnes ſi coquatut ſimul. In vſu radix tantum. Bibenda duabus dragmis. ſi febris ſit in aqua trita. ceteris in vino. Medetur & ouium morbis decocte ſuccus

Ca. viii. de plantagine bu
gloſſa betonica celidonia
Canaria diptanno

Duo plantaginis genera. minor anguſtioribus foliis & nigrioribus lingue pecorum ſimillimis caule anguloſo in terram inclinato. In pratis naſcens. Altera maior foliis laterum modo incluſa. q̄ quia ſeptena ſunt: quidam eptapleuron vocarunt. Naſcitur in hu

midis multo efficatior. Vis mira in deſiccando denſandoq; corpore: cauterum vicē obtinens. Nulla res eque ſiſtit fluxiones: quas greci reumatiſmos. Iungitur huic bugloſſa boū lingue ſimilis Cui precipuum ꝙ in vino deiecta animi voluptates auget

Betonica in gallia in italia ſerracula: a grecis creſtron ante cūctas laudatiſſima. Exit anguloſo caule: cubitorum duū a radice ſpargēs folia fere lapati ſerrata ſemine purpureo. Folia ſiccantur in farinā plurimos adyſus. Fit vinū ex ea: & acetum claritati oculorum & ſtomacho. tantumq; glorie habet: vt domus inqua ſata ſit: tuta exiſtimetur a piaculis omnibus.

Animalia quoq; inuenere herbas. Imprimis chelidoniam. Hac enī hirundines oculis pullorū: in nido referūt viſum: vt quidaʒ volunt etiam erutis oculis. Florent aduentu hirundinum. Diſceſſu marceſcunt. Florentibus ſuccus exprimitur. & in æreo vaſe cum melle actico leuiter cinere feruenti decoquitur: ſingulari remedio cōtra caligines oculorum. Vtuntur & per ſe ſucco in coliriis.

Inuenerunt & canes canariā: qua faſtidiū deducunt. eamq; in noſtro cōſpectu mandunt ſed ita vt nuſq̄ intelligatur que ſit. etenim depaſca cernitur.

Tradunt: archades nō medicaminibus vti: ſed lacte circa ver: qm̄ tunc maxime ſuccis herbe turgeant: medicenturq; vbera paſtuis. Bibunt lac vacinum qm̄ boues omnino vorifere ſunt in herbis

Diptamni genus eſt. piſtologia vocatur quarti generis denſis radicis capillamentis iunci plenioris craſſitudine. Hanc quidam pollirizon cognominant. Odor omniū medicatus ſed oblonga radice tenuioreq; gratior. Naſcuntur pinguibus locis & campeſtribus. Effodere eas meſſibus tempeſtiuum: Ita deſtammato terreno ſeruātur. maxime tamen laudatur pontica. Et in quocunq; genere: ponderoſiſſima queq; medicinis aptior. Rotunda contra ſerpentes. Oblonga tamen in ſumma gloria eſt. etiam modo. A conceptu admota vuluis in carne bubula mares figuratvt traditur. Piſcatores campanie radicem eam que rotunda eſt venenum terre vocant. Coramq; nobis contuſam immixta calce in mari ſparſere Aduolant piſces cupiditate mira. ſtatimq; exanimati fluitant. Morſibus imponitur betonica: precipue cuius vis tantavt incluſe circulo eiꝰ ſerpentes ipſi ſeſe interimant flagellando. Datur & ad ictus ſemen eius denarii pondere cum tribus cyathis vini. Vel farina dragmis tribus ſextario aque imponitur.

Capitulum vndecimum
de acoro & cicuta & ſenecio.

Nagalida aliqui acoron vocant. Naſcuntur in hortis
a & aquoſis. Prior floret cerulea. Succus oculorum
caliginem diſcutit cum melle. Et ex ictu cruorem.
Et argema rubens magis cum attico melle inunctis. pupilas dilatat. & ideo hoc inungitur ante. Iumentorum quoq; oculis. medetnr. Succus caput purgat per nares infuſus: Ita vt deinde vino colluatur. bibitur & cõtra angnes ſucci dragma in vino.
Mirum q femina huius herbe pecora vitant at ſi decepta ſimilitudine (flore enim tantum diſtant) deguſtauere: ſtatim eam que aſila vocatur in remedio querunt: Precipiunt aliqui effoſſuris ante ſolem ortum anteq̃ quicq̃ loquantur: ter ſalutare eam. tunc ſublatam exprimere. Ita precipuas eſſe vires.
Semini cicute vis refrigeratoria. que ſi enecat: incipiunt algere ab extremitatibus. Remedium eſt priuſq̃ perueniat ad vitalia vini natura excalfaccoria. Sed in vino pota irremediabilis exiſtimatur.
Anaxilans auctor eſt mammas a virginitate ilitas nunq̃ creſcere.
Quod certum eſt lac puerperarum mãmis impoſita extingunt. Veneremq; teſtibus circa pubertatem ilita. Erigeron a grecis que a noſtris vocatur ſenecio: hanc ſi ferro circunſcriptam effodiat aliquis tangatq; ea dentem & alteruter deſpuat: ac reponat in eundẽ locum; ita vt viuat herba; aiunt dentem poſtea eum non doliturũ.

Ca.xii. De collutione oris et dentium. de ariſtologia verbena & quinq; folio.

Remedio dentibus ſunt panacis radix commanducata. Radix hioſcyami ex aceto manducata. Et plantaginis radices. Aut colluuntur in aceto decocte ſucco. Et folia ſunt vtilia. Vel ſi ſanguine gingiue putreſcant: vel ſemẽ eiuſdem apoſtemata & collectiones ginginarum ſana.
Ariſtologia dentes ginginaſq; confirmat. Verbenaca cum radice manducata: & decocta ex vino aut aceto ſuccus collutus. Item quinq; folii radices decocte ad tertias vino aut aceto. Prius autem q̃ decoquantur: aqua marina aut ſalſa lauantur. Decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere quinq; folii fricare mallunt. Et iſopo colluuntur & ſucco pencedani.